ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT MIT ASTRONOMISCHEN TEXTEN
um 1430/1440 Seite 205r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=887
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



volueris fuit ymago sepulta capite deorsum et pe-
dibus sursum elevatis Non quidem eas sed neque videt
quod absque rone debeant aliorum iniquitate portare :-
E libris vero nigromanticis sine preiudicio melioris
sentencie videtur magis quod debeant reservari quam
destrui Tempus enim forte prope est quod propter quasdam
causas quas modo taceo eos saltim occasionaliter
proderit inspexisse nichilominus tamen ab eorum abusu
caveant sibi inspectores eorum :-
Sunt preterea quidam libri experimentales quorum
nomina nigromancie sunt inter alia ut sunt geomancia
ydromancia piromancia aerimancia / cyromancia
Que adverbium non merentur scientie dici sed garrimancie /
Sane ydromancia in extis animalium abluendis
inspiciendisque fibris / Et pyromancia in figura
ignis quo consumitur holocaustum procul dubio ydolatrie
speciem non excludunt In geomancia vero nichil
tale invenio sed confidit in saturno et domino hore qui
ei pro radice ponitur gaudetque murum rone fulciri
Et multi sunt qui ei testimonium perhibent / Non sic autem
de aerimancia frivola enim est licet de rone murum se
iactare presumat / De cyromancia vero volo deteriacionem
precipitem ad presens facere quia forte pars est phisonomie
que collecta videtur ex significacionibus magistrorum astrorum
super corpus et super animam dum mores animi convincitur
ex interiori figura corporis non quia sit unum causa alterius
sed quia ambo inveniuntur ab eodem causata :-

Explicit Speculum Alberti etc